



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

344. Feria 2. Dominica I. Adventûs. De decreto Incarnationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

618 *Feria 2. Domin. 1. Adventûs.*

Aliam causam addit S. Augustinus ser. 26. de Temp. *Vt haberet homo, & quem videret, & quem sequeretur Deus factus est homo.*

Conf. 3. Verba S. Chrysol. serm. 23. *Tibi totum factus est, qui fecerat totum, & qui sibi nunquam tibi toties mutatur etiam in Venerabili. Petam immutari vicissim, & induere D. JESVM Christum.*

MEDITATIO CXCXLIV.

Feria 2. Domin. 1. Adventûs.

De decreto Incarnationis.

Audiam concilij cœlestis decretum: *Ut haberet homo, & quem videret, & quem sequeretur Deus factus est homo. Petam magis agnoscere, quomodo Verbum Patris obsequatur Patri Eterno.*

Conf. 1 Quomodo Verbum Dei partim commiseratione nostri, partim ad satisfaciendum Justitiæ divinæ permotum sit, ut se ad naturam nostram assumendam resolveret, quia Redemptor, nisi esset Deus, non daret satisfactionem tam grandis pretij, quæ debebatur Justitiæ divinæ, & idem Redemptor; nisi esset Homo, non posset salutem operari, neque pati aut mori. Et Deus igitur & Homo esse debuit, qui miseriæ nostræ opem ferret.

Conf. 2. Non defuisse omniscio, & omnipotentij

potenti Deo, alios modos ineffabiles succur-
rendi nobis, sed propter nimiam charitatem,
quã dilexit nos liberẽ, quis enim Deum co-
geret? Voluit nos per Filium redimere. Qui
ignitã voluntate Patris eidem continuo se
conformavit: Tunc dixi: Ecce venio. *Quis
non stupeat charitatem Dei sprati & revocan-
ti? Ait D. Bernardus serm. 83. in Cant. Et
Gilbertus. Ibidem ser. 89. Amor exaestuat,
suis non capit, superfluit sibi.*

Conf. 3. Quomodo decretum Incarna-
tionis primò Angelis, postea hominibus re-
velatum, de eodem multi ex utraque parte
scandalizati sunt, sive Angeli, sive homines,
qui adhuc cœcutiunt, insolita charitatis ma-
gnitudo nocet eam non capientibus, juxta
S. Hieron. de Nativ. Dom. *Inmensitas mun-
derum facit, ut munifico non credamus.* Poterat
Dominum retrahere vis scandali, sed ubi
mandatum est, id contempto scandalo exe-
qui oportet, ipse autem mandatum accepit
a Patre, ut animam suam det pro me. Audiã
alloquentem me verbis Divi Augustini.
*Animam meam posui, ut te mihi conjungerem,
et tu recedis à me?* Lib. contra Hæret. Cùm
Deus noluerit nos ideo per Angelum redi-
mere, ne præberetur homini occasio magis
mandi creaturam, quæ redemit, quam
Deum, qui creavit; recedam ab omni crea-
tura,

620 *Feria 3. Domin. 1. Adventus.*
tura, ut unice Creatori gratus adhæream.

MEDITATIO CCCXLV.

Feria 3. Dominica 1. Adventus

De executione decreti In-
carnationis.

Audiam, & aspiciam Verbum divinum in
aula Virginis exequi decretum Patris.
Petam mysterium agnoscere & æstimare.

Conf. 1. Tria fuisse ab Angelo præstita:
1. Salutavit Virginem. 2. Nunciavit Incar-
nationem. 3. Docuit modum. Ad primum
B, Virgo se ait ancillam. Ad 2. Respondet.
Fiat. Ad 3. Secundum verbum tuum, inquit,
id est, illa sã Virginitate. O felicem naturam
humanam, quæ talem Virginem habuit. Væ
mundo, si tunc MARIA caruisset, forte res-
tractasset Dominus in mundo esse.

Conf. 2. Quomodo ad illud FIAT Virginis
eodem momento formatum sit corpus Chri-
sti perfectum, infusa anima, & utraque unita
sint verbo, juxta illud Damiani: Audisne in
hoc Verbo Incarnationem Dei, &c. In qua
Verbum æternum seipsum totum, & omnia
viscera sua effudit in homines Luc. 1. *Per*
viscera misericordie Dei nostri, &c.

Conf. 3. Quomodo Deus Incarnatus re-
velatus sit Angelis, & ab ijs adoratus, & cum
iterum introduxit primogenitum in orbem

serm;